





Handwritten red number '120' in the top right corner of the page.

Main block of handwritten text in a medieval Gothic script, consisting of approximately 15 lines.

**Incipit** (written in red ink)

Second block of handwritten text, starting with a large red initial 'S'.

**Incipit** (written in red ink)

Third block of handwritten text, starting with a large red initial 'S'.





*h* *2*  
PRAECEPTA ISOCRATIS  
PER ERVDITISSIMVM  
VIRVM RVDOL/  
PHVM AGRICO  
LAM E GRAE  
CO Sermo/  
ne in lati/  
nū Tra  
duc  
ta







**EPISTOLA ISOCRATIS AD**

**Demonicum.**

**N** multis Demonice rebus multum inuenimus distantes bonorum metes. atq; malorum cogitationes. Multo vero maximum accipere discrimen circa mutuam consuetudinem vitae. Hy enim praesentes solum amicos venerantur. Illi eos quoq; qui longe absunt beniuolentia prosequuntur. Et malorum quidem amicitias tempus exiguum dissoluit. At bonorum nec omnis quidem aevi tractus extinguit. Quum putem igitur eos qui gloriam expetunt. quiq; suos eruditioni conatus destinant. bonos & nequaquam malos dicere sectari. hanc orationem dono tibi misi in dirium erga te beniuolentiae. signumq; cum Hipponico familiaritatis. Decet enim liberos quemadmodum facultatum ita amicitieq; paterne hereditatem suscipere. Video autem occasionem nobis conuenientem & praesentis nos oportunitatem temporis adiuuantem. Tu enim erudiri cupis. ego alios erudire adnitor Tu sapientie studio adriteris ego deditos illi recta via deduco. Quicumq; autem exhortatorias ad amicos suos orationes scribunt. pulchrum illi quidem opus assumunt non tamen circa id quod est in philosophia prestantissimum laborant. Qui uero adolescentibus premonstrant non ea quibus

liberantur ab omni bono  
habent ac in diuerso diuini qm utt  
contus q and-wyph  
p ut quithamphat  
nomindud mdrap qpa it d

hanc ad duna pnt  
mille bonu pnt

si se dferi substantia  
pnt qd dli rano  
sub ad d

Unde flet pnt  
amino p alit ego

Ex pto ad raco d  
appeto o m appetiti

Subiij tu plura  
hri pnt rca  
Si d' ino dicit

Ab ob q pomb  
vray opocung  
q mda opomnt  
ob d'mm d  
m d'hpulo m  
vndra apraty  
p a pro q mry  
tah vndra ad  
m t d

Dehotad ruderad  
Cu philosophia  
taphoy moralib  
mora r'mata pti  
gramy p'tantissima had  
pocati d' alo p'mo casti

Isocratis  
epistola ad  
demonicum

capitulum  
primum

de bono  
et malo

de  
eruditione

de  
amicitia





Ad industria  
nisi formata  
esse dicitur  
nisi

Uirtuti  
non tantum  
est  
dicitur  
tunc de industria  
itaque:

Offendit  
nisi

ad. font

vehementiam in dicendo consequatur. sed quo pacto  
modo: uita: moribusq; industrii fiant: tanto magis qua  
illi audientibus profunt. quantum interest q; illi ad sola  
iplos uerba confirmant. hii uero ipsorum quoq; facta  
emendant. Quamobrem nos non exhortationem tibi  
parantes sed institutionem scribentes. pergem<sup>9</sup> nostri  
te consilii participem facere. quas res oporteat adoles  
centes desiderare. & quae rursus opera uitare. qualibus  
item hominibus se coiungere. & quo modo suam iplo  
rum uitam instituere. Quicumq; enim uitae cursum hoc  
itinere fecerunt hi soli ad ipsam uirtutem ingenue adire  
potuerunt. qua non res honestior non constantior est  
ulla. Pulchritudo enim uel ualitudo perit / uel tempore  
fluctescit. Diuitiae uitiorum sunt potius qua integritas  
ministre facultatem nemp<sup>e</sup> desidie prebentes & ad vo  
luptates curam iuuentutis exercitantes Robur pruden  
tie coiunctum profuit. Sine illa uero sapius eum qui id  
habet offendit & corpora quide eorum qui se exercent  
adornat. Industriam uero mentis obscurat. Virtutis aut  
possessio quorum bona fide ipsa coaluerit: sola conse  
nescit: diuitiis potior utiliorq; generis splendore. queq;  
fieri nequeunt ab aliis. suis uiribus subdens & multitu  
dini metuenda constanter expectans: desidi<sup>am</sup> dedec<sup>9</sup>;

Ad industria

Ad industria

Ad industria

Ad industria

Ad industria





laborem laudem arbitratur. Hoc quoque cognitu perfa-  
 cile est. quod gloria certaminum herculis. operumque a The-  
 seo gestorum prestantia. tantum laudis insigne operi-  
 bus adiecit. ut omnis temporum posteritas. rebus quas  
 gesserunt effundere nequiverit obliuionem. Sed & tu  
 quoque memor patris tui. uiuendi recte: pulchrum habe-  
 bis atque domesticum: eorum quae a me tibi dicentur: ex-  
 emplum. Neque enim parui virtutem faciens: neque se cor-  
 dique deditus: egit aetatem. sed corpus laboribus exerce-  
 bat animo pericula subibat. neque extra modum diuitias  
 expetebat. sed praesentibus quidem fruebatur bonis ue-  
 luti mortalis. gerebatque curam futurorum veluti immor-  
 talis. neque uero contempe uitam instituerat. sed elegans  
 erat & magnificus simulque expolit<sup>9</sup> amicis. impensiusque  
 laudabat ad tam officio se prosequentes. quam generis  
 sibi necessitudine deuinctos. Persuadebat enim sibi mul-  
 to ad amicitiam efficaciorum esse naturam lege Mores  
 genere: electionem necessitate. Tempus in presentia nos  
 deficeret si omnes illius actiones enumerare pergam<sup>9</sup>.  
 exacteque de illis alio nobis erit differendum loco. Nunc  
 signum quoddam Hippionici naturae sustulimus: ad quem  
 uelut exemplar uitam ut formes oportet. legemque tibi

Eborat in ora  
 capite de laudibus  
 hinc inquit ha-  
 bis fidei hinc  
 quod si sum  
 pulcherrimum  
 possim dicit quod  
 ad ista hinc f  
 est gloria per  
 hanc ad mo. et la-  
 de aiant id

florus libro primo

magister  
 et uel magister  
 et uel magister

hanc hinc hinc  
 hanc hinc hinc

Dico  
 in illa  
 hanc hinc  
 hanc hinc



in 4 hō cad p̄p̄t̄  
in p̄p̄t̄  
quod hōm̄  
retabant

mores illius putes. & imitatore[m] te emulum quæ uirtu-  
tis paterne præbeas. Turpe namq; fuerit pictores pul-  
cherrima quæq; exprimere animantum. & liberos non  
imitari industriã parentum. Existimes autem nullum  
ita pugile[m] contra aduersarios suos decere meditari,  
sicut te considerare. quo pacto cum patris tui uiuendi  
ratione decertes. fieri autem nõ potest; ut animũ quis  
p̄p̄t̄ taliter formet nisi multis ante honestis præceptis  
fuerit expletus. Corpus namq; moderatis laborib; ani-  
mus uero actionibus honestis roboratur. Experiar igit̄  
breuiter ea tibi exhibere. quibus obseruandis in uita plu-  
rimũ mihi uidearis uirtutibus additurus. & gloriã cum  
ctos apud homines consecuturus.



SEQ VVNTVR PRAECEPTA

*In primis vniuersis deo  
omnino iunctis  
vniuersis*

Rimū quidem pie diuina colas . non solū sacrifici  
cans ; verū etiam quod iuraueris praestans . Illud

enim affluentiae opum est signū . hoc morum probitatis  
indiciū . Numen venerare semper quidē praesertim quod  
ciuitas . sic enī simul videberis sacra deo facere . legibusq;

obtemperare . Talem te exhibeas erga parentes : quales  
exhibere se tibi optaueris prognatos . Firma exercitatio  
nibus te corporis . non eis que robori ; sed quae sanitati  
conducunt . Id assequeris ; si desinas laborare . tolerando

adhuc labori sufficiens . Neq; in risum procliuus esse ue  
lis . neq; in uerba confidens . Illud enim stulti est istud su  
rentis . Quae factu turpia sunt . ea ne dictu quidem esse

putes honesta . Fac assuescas non tristis esse sed cogita  
bundus . Propter illud enim ferox ; propter hoc prouid  
esse crederis . Putes imprimis docere te modestiam ; pu  
dorem ; iustitiam ; temperantiā . istis enim oibus conti

neri probitas adolescentiū uidetur . Nunquā latiturū te  
si turpe quippiā feceris speres . ut enī alios cales . tei qm  
tamē consciū habebis . Deum time . parentes honora .

amicos reuerere . legibus obedi . uoluptates sectare glo  
riam .

*Pythagoras  
in primis  
vniuersis  
deum  
omnino  
iunctis  
vniuersis*

*sancti religiosi*

*post hoc*

*diuinarum*

*scripturarum*

*quid*

*faciliter*

*unus*

*est*

*plures*

*robustus*

*ceruicibus*

*paucis*

*quibus*

*confiteo*

*ad hoc in uerba*

*ad dicendum*

*in uerba confidens*

*cogitari*

*populi*

*uoluntates*

*non abstinent*

*non tamē*

*at oibus deis*

*amicis*

*at oibus deis*

*Pythagoras in mo  
stabilis diis coli pro  
aliter pnd diuina  
cole*

*Uterant ad modum  
regem maiorem mori  
in re diuina uult ex  
honoribus purpare  
hoc si pnt intelligat  
victimam facio in q  
omni illud in expund  
ipso casu in q pnt  
sanctum in q pnt  
propter in q pnt  
cogo in q pnt  
pa pnt ad atq  
suore uoluntate in q  
inimicitia habebunt*

*Pythagoras in mo  
stabilis diis coli pro  
aliter pnd diuina  
cole*

*Non in ludis ut  
cognabuntq; testa  
buntq; similitudine  
sua diuina*

*Pythagoras in mo  
stabilis diis coli pro  
aliter pnd diuina  
cole*



*voluptas*

riae iunctas. Oblectatione enim cum honestate nihil est me-  
 lius. sine illa uero nihil est peius. Obrectationes deui-  
 res & si fuerint false. vulgus enim ueritate ignorat. opi-  
 nione potius spectat. Sic facito cuncta uelut neminem  
 celaturus. tametsi enim parumper occultes postea tamen  
 detegeris. Plurimum tibi opinionis adiungis si appareat  
 ea te non facere quae si fuerint ab aliis facta reprehendas  
 Si cupide didiceris multa quoque discas. Quorum habes  
 doctrinam. ea meditationum custodias curis. Et quae discis  
 ea perceptis adiunge doctrinis. Aequae namque turpe est enim  
 qui utilem audiat orationem non addiscere. & cui datur  
 ab amicis munus non accipere. Vitae otium studio per-  
 cipiende eruditionis impende. Sic enim difficulter ab  
 aliis inuenta. facile tibi percipere contingeret. Puta mul-  
 titudinem praeparationum multis opibus esse potiore  
 iste enim celeriter dilabuntur. ille in omne permanente  
 tempus. Sola enim rerum omnium immortalis est sapientia. Non  
 te pigeat longum facere iter ad eos qui conducibile se ali-  
 quod docere profitentur. Turpe namque fuerit mercatores tanta  
 transire maria. quo cumulationes suas opes efficiant. ado-  
 lescetes uero ne terra quod aliquo sustinere proficisci. quo  
 meliorem suam faciant mentem. Moribus fac ut sis comis. uerbis  
 ut affabilis. Est autem comitatis benigne obuios appellare.

*Doctrina & sci-  
 entia animi  
 circa in uita  
 habet qui uult  
 sapienter ut  
 in otio uelut  
 uicium finit de  
 breuiter p[ro]p[ri]e*

*et uicium p[ro]p[ri]e uicium  
 breuiter de uicium*





hōibū

affabilitatis familiariter cum ipsis uerba communicare.

Benignum te praebeas cunctis. Optimis autem utaris.

Sic enim & illis inimicus non eris. & istis amicus fies.

Neq; crebro conuenies eosdē. neq; diu cum eis agas de

eisdem. Saceretas enim est omnium Exerce spontaneus

teipsum laboribus ut adactos quoq; perferre queas. A

quibus turpe est animū uinci. eorum omnium tempe-

rantiam exerce: ira: uoluptatis. Id autem tibi continget

si lucrum putaris id quo gloriam augeas non quo diui-

tiis addas. In ira talis sis aduersus peccantes quales de-

linquenti tibi esse alios uelles: In iucundis turpe puta-

ueris seruis te tuis imperare uoluptatibus uero seruire.

In aduersis si alienas respicias calamitates. tibiq; q; ho-

mo sis in memoriā subinde deducas. Verborum magis

quā pecuniarum deposita tuere. Decet namq; bonos

uiros. mores se iureiurando fideliores uideri praestare.

Consentaneum puta perinde. malis non credere quem

admodum fidem bonis habere. Quæ nolis efferri ne-

mini dixeris. nisi tantundem expediat taceri & tibi di-

centi. & illis qui audierunt Iusiurandū ad actum prop-

ter duas accipito causas / uel ut teipsum turpi crimine

euoluas: uel ut amicos tuos in magnis periculis serues.

pecuniarum autem gratia nullum numen iuraueris. ui-

mea solent

Munera familiaria  
contempta uo

Spicatus ad p...  
legit...  
via...

Doctus...  
Deposita...  
custodiant...

Uitiosus...  
polluat...

liberari ad...



*fuls. Inl. d. / m. d. b. d.*

deberis enim aliis peierare. aliis pecuniarum cupidus  
 esse. Nullum fac amicū nisi exploraueris ante quo pacto  
 prioribus sit usus amicis. Spera namq; illum erga te fu-  
 turum talem. qualis & ergo illos fuit. Tarde fias amicus  
 factus autem da operam ut permaneat. Tantundē enim  
 de decoris est nullum amicum habere. & crebros sub-  
 inde amicos mutare. Neq; cum damno amicos probes.  
 nec inexpertus ipsorum esse uelis. Hoc autem facies si  
 & cum nullius indigeas te similes indigere. & illa quæ  
 vulgari nihil referat uelut occultanda credas. deceptus  
 enim opinione nihil offendes non deceptus mores illo-  
 rum rectius nosces. Amicos proba & ex uitæ aduersita-  
 te. & ex periculorum societate. Aurum enim igne per-  
 spicimus. Amicos autē intet aduersa cognoscimus ap-  
 tissime. Amicis hoc pacto uteris commodissime. si non  
 ut ab eis rogeris expectes. sed pollicēs ultro ipsis in tem-  
 pore succurras. Aequè turpe putes & ab inimicis superari  
 iniuriis & ab amicis superari beneficiis. In familiaritate  
 proba non solum malis tuis indolentes. verū etiam bo-  
 nis non inuidentes. Multos enim qui cum infelicibus  
 mœrent prosperitatis illorum inuidia torquet Absentiū  
 amicorum fac memineris apud præsentēs. & rationem  
 etiam istorum quoq; absentiu exposcere uidearis. Circa

*Deo. u. g. d. /*  
*magis pro b. m. /*  
*q. d. d. nolo ut /*  
*q. d. d. p. m. b.*

*fac. /*  
*in b. /*  
*gem.*  
*Ma.*  
*ausp.*  
*U. p. b. l. b. d. m. g. /*  
*q. d. d. n. m. /*  
*q. d. d. p. m. b.*









liberant ad in  
cocti cetero  
no an de re  
atord de h  
no p vndia  
vndia cadat  
impistat q  
non sit suo tempore  
vndia sunt q  
vndia monit  
vndia de h  
q vlyb vndia mo  
net:

Quot an  
da vndia in  
bonato vane  
na vno ci  
gt opertim

Modesta f  
d qua vndia  
vndia clara  
q vndia qd  
vndia vndia

ratē cūcti benigniter acceptāt Eris autē comis si neq; iur  
gator sis neq; implacid⁹. Neq; cū oib⁹ cōtēdas. neq; ire  
eos; cū qb⁹ agis celeriter occurras. & si iniuste qdē fuerit  
irati. sed deseruescentibus concedas. Deinde ipsos ubi  
elanguerit ira reprehēdas Neq; inter ridicula seriis: neq;  
inter seria ridiculis gaudeas. Intempestiuū enim ubiq;  
est molestum. neq; ingrate gratiam in eas quod multis  
evenit qui faciunt quidem. sed egre tamen amicis inser  
uiunt. Neq; cupidus fueris uel culpandi: quia grave est.  
uel castigandi quia est acerbū. Inprimis caue a potandi  
consuetudine. quod si quando tulerit tempus ante ebrī  
etatem surge. Cum fuerit enim mens uino corrupta: pa  
titur idem quod currus. solent qui suos effuderunt au  
rigas Illi namq; nullo ordine suis destituti rectoribus fe  
runtur. Animus quoq; plurima peccat. ratiōe subuersas  
Immortalia sentias magnitudinem animi pre te ferēdo.  
Mortalia uero presentibus perfruendo. Tāto modestiā  
meliolem immodestia putes. quantū est q; alia quidem  
omnia peruerse facta: lucro sunt eis qui alia admittunt.  
Sola autem immodestia damno afficit ipsam habentes.  
Plarumq; enim quos uerbis offenderūt illis rebus penā  
luunt. Quorum conciliare tibi amicitia uelis boni quip  
pam de eis predices apud illos qui sunt renunciaturi.



Principium enim amicitiae laus est. inimicitiae conuictum  
Cum consulis. praeterita sumas in exemplum futurorum  
Latens enim ex eo quod apertum est expeditissime poterit  
dignosci. Delibera diu. celeriter confice quod decreuisti.  
Optimum puta contingere nobis a deo prosperitatem. a nobis  
ipsis prudentiam. Quibus de rebus libere proloqui te pudet.  
visque cum amicis aliquibus de eis communicare uerbis.  
uelut de alieno negotio utere. Sic enim & illorum  
sententiam nosces. teque ipsum haud quam manifestum  
reddes. Quando super tuis rebus aliquem tibi in consilium  
assumes. considera primum quo pacto suas ipse res gessit.  
Qui enim male administrauit suas nunquam bene  
consulet in alienis. Ita poteris maxime ad consulendum  
excitari si calamitates quas affert temeritas spectes.  
Sanitatis namque tunc praecipue curam habemus. cum  
ualitudinis aduersae dolorum recordamur. Regum imitare  
mores. illorumque uitae rationem sectare. Videberis enim  
amplecti illa. uel emulari. Itaque apud multitudinem tibi  
maior contingeret laudem consequi. & constantiore ipsius  
beniuolentia perfrui. obsequere legibus quas reges statuunt.  
firmissimam tamen legem mores illorum putes. Sicut enim qui  
republicam gubernat

Quaeritur  
In rebus  
in rebus

Quia uolens a  
deo est in regibus  
sunt in hominibus  
inquit in potestate  
sunt regibus  
et in rebus

b

Quia uolens a deo est in regibus





opus habet populum obseruare . ita sub principatu uiuentem maxime regem decet honorare . Magistratu p̄ditus nemine ad obeunda ministeria malo utere . quæ enim deliquerit eorum in te culpa referetur . Ex publicis administrationibus ab eas non opibus cumulatior . sed gloria honestior . Multis enī opibus prestantior est multitudinis laus . Nullam rem inhonestam neq; dicto neq; facto iuuēris . Videberis enim talia facere qualia facientes . alios tuens . Sic te compara ut aliis esse superior possis . Sis tamē æquo contentus ut iusticiam uidearis expetere . non propter imbecillitatem sed propter æquitatem . Elige iustam potius paupertatem q̄ diuicias iniustas . Tanto enim præstantior opibus est iusticia . ut ille solis amantibus profint . hæc uero defunctis etiam gloriam præstet . & ille passim improbis cōtingant . hæc malis prorsus sit inaccessa . Neminem tibi adiunxeris eorū qui hui⁹ iniusticia lucro est . sed potius eos qui propter iusticiam ferunt iacturas . Iusti enim & si nulla alia in re superent iniustos honesta tamen spe ipsos antecellunt . Omnium curam gere quæ ad uitam pertinent maxieq; omnium prudentiam exerce . Maximum enim in minimo est mens bona in humano corpore . Operam da ut

Melius e non  
bonū quā magis  
ta p̄cip̄a id

Quislibet finit  
diliget et finit  
apparet id

Paupeſſis fugi  
et p̄bna p̄cip̄a  
no potest ciuila  
laudis aut p̄cip̄a  
uia aut p̄cip̄a  
q̄ſitio b̄n̄ p̄cip̄a  
a: aut p̄cip̄a  
b̄n̄ apud ōcip̄a  
aocomb̄ p̄cip̄a  
to id

Quia et p̄cip̄a  
ra q̄ſitio  
uocit p̄cip̄a  
uocit p̄cip̄a  
uocit p̄cip̄a

p̄cip̄a  
uocit  
m̄ p̄cip̄a  
b̄n̄  
uocit  
p̄cip̄a





sis corpore laborum paciens. animo sapientiae appetēs  
ut illo facere possis decreta. hoc decernere faciēda <sup>Quic</sup>  
quid dicturus es prius apud animum tuum <sup>pendero</sup> expende.  
Multorum enim cogitationem lingua praecurrit. Puta  
nihil rerum humanarum esse firmum. Ita nec in prospe  
ris lorticia gesties. nec in aduersis dolore concides. Duo  
tibi tempora ad dicendum deputa. uel cum sine aliqua  
de quibus exploratum habeas. uel de quibus dicere sit  
necesse. In solis enim istis potior est silentio sermo. In  
reliquis melius fuerit tacere quā loqui. Gaude cum tibi  
contigerint bona. moderateq; dolo ubi inciderint mala  
Neutrius tamen animi alius uelis esse manifestus. Absur  
dum est enim reconditas in domibus opes obseruare.  
& cogitationem in propatulo positam circumferre. Ma  
gis dedecus uites q̄ periculum. Oportet enim malis for  
midabilem esse finem uitae. probis autem uitam cū tur  
pitudine coniunctam. Conare in primis uitam in tuto  
collocare. q̄ si tamen contigerit in periculum te deuor  
cari. quare in bello salutē cum honesta opinione & no  
men in pudenda fama. Mori namq; cunctis prouidentia  
decreuit sed honesta uita decedere. id bonis tātūmodo  
uiris proprium natura concessit Nec mirum tibi uideat.

b ii

Quid ois a  
sabri sunt sapi  
inoreb paxo  
3 ut lingua d  
reue

Best d h ois al  
accipit 2 mti  
na ande

Quin in pla  
deftendim  
Orilla sequit  
Intra x fup  
ille dicit den  
aari in pecc  
ntim

pericula  
herubi  
dedec  
sanne





si multa quæ diximus haud quaquã præsentis tue conue-  
niant ætati. Non enim id me latebat. sed statui eadem  
opera & præsentis uitæ consilium proferre tibi & futuri  
temporis monita relinquere quæ quanto tibi sint <sup>ut hinc</sup> usui  
futura facile cognosces. Qui uero cum beniuolentia tibi  
consulat difficulter <sup>prope</sup> consequeris: ut ergo reliqua non ex  
aliis requiras: sed hinc uelut ex armario promas. decre-  
ui nihil eorum prætermittere: quæcumq; tibi possem in  
consilium afferre. Gratiam autem deo habeo ingentem  
si quam de te concepi non me fallat <sup>et præcipue</sup> opinio. Plerosq; eni  
uidemus ut tibi iucundissimis potius quã saluberri-  
mis delectari. ita se ducentibus a uero. ut amicis potius  
accedere quã illis qui ad meliora hortentur. Te uero puto  
contrario instituisse p̄ḡere in ditio mihi tuam circa re-  
liquum uitæ cultum industriam sumens. Qui enim ip̄e  
rectissima agere iudicat. consentaneum est eum aliorum  
ad uirtutem exhortantium <sup>uicem</sup> monita non segniter amplecti  
Præcipue excitabat te ut rerum honestarum amore te-  
nearis. si perspexeris <sup>quæ</sup> & ex his <sup>pa:</sup> imagines habemus. In  
secordia namq; faciendarumq; libidinum studio continuo  
sunt dolores uoluptatibus adiuncti. Enixus uero ad uir-  
surẽ conatus. modestaq; uitæ institutio. <sup>pa:</sup> sinceræ semp̄



et deinde inquit...  
quod si quis...  
quod si quis...  
quod si quis...

<sup>pbent</sup> <sup>Insuperant</sup>

cercioresq; referunt oblectationes. Et illis quidem gavisum  
primum. postea dolemus. Hic post dolorem voluptates  
capimus. In cunctis autem rebus non ita principii me/  
minimus. quemadmodum exitus sensu mouemur. Plu/  
rima enim in uita non propter res ipsas agimus. sed cō/  
sequentium gratia elaboramus. Cogita autem quod malis  
conuenit passim quicquid obuium est agere. Hanc enim  
protinus uitae sibi regulam praescripserunt. Bonos uero  
oportet nequaquam uirtutem negligere uel in multos  
incurrere reprehensiones. Cuncti enim non perinde ode/  
runt eos qui se fallunt. sicut qui probos esse se iactant.  
nulla; in re vulgo hominum sunt preferendi. Recte qui/  
dem. nam si eos qui solis uerbis fraudem struunt impro/  
bamus. quomodo eos qui tota aberrant uita non asper/  
nandos putabimus merito. qui crediderimus istos non  
solum in seipos delinquere. sed & animi sui esse prodi/  
tores. Ipse enim: opes illis gloriamq; & amicos peperit.  
Illi uero seipos indignos hac sua felicitate fecerunt. quod  
si oportet eum qui mortalis sit scrutari coniectura coe/  
lestium mentem, arbiter illos in familiarissimis suis maxime  
ostendisse. quomodo bonis sint malisq; hominibus af/  
fecti. Iupiter enim Herculem & Tantalum genuit quem/  
b iij

Quibus gelmich libro  
vxi refert va missoni  
philosophi sa adq; ut  
q; latius sonat si x la  
sora yolupij quipia  
eocq; labo abt no  
u hinc manet si  
uoluptate tempore fra  
quipia p hanc pabu  
p hinc manet u

De ratione animi  
sunt q; fact quod an  
conceperunt p dunt a  
oedunt o







SEQ VVITVR

*[Faint handwritten text in the left margin, possibly bleed-through from the reverse side]*





Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.













Inches 1 2 3 4 5 6 7 8  
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

B.I.G.

Farbkarte #13



CRATIS  
MVM  
OL/  
CO  
E

2

